

Secus si dubitatur, *ib.* In dubio nec ordinarius potest dare licentiam copulandi, *ib.* Qui stante dubio de morte conjugis cum alio habente bonam fidem contrahit, petere non potest debitum, reddere tamen tenetur, *ib.* Si deponat dubium, etiam petere potest, *ib.* Si ambo in dubio contrahant, nec petere, nec reddere possunt, V, 536. Nisi dubium prudenter deponant, 537. Quid faciendum conjugibus, si post matrimonium supervenit dubium, *ib.* Si post matrimonium habetur certa notitia de vita prioris conjugis, illico ab omni carnali commercio abstinendum, et eidem adhaerendum est, *ib.* Secundarum nuptiarum benedictio de jure non datur, 538. Bene vero de speciali consuetudine vel statuto, *ib.* Benedicens secundas nuptias incurrit poenam: et quam, *ib.* Secundarum nuptiarum poenae aliae principaliter sunt in odium secundarum nuptiarum statuta: et quae, *ib.* Aliae in favorem liberorum primi matrimonii, 539. Uxor secundo nubens amittit omnia a primo viro acquisita, *ib.* Idem reciproce est de viro secundo nubente, *ib.* Secundo nubens non potest secundo conjugii plus deferre quam uni ex liberis primi matrimonii, *ib.* Mater non item pater ad secundas nuptias transiens, amittit tutelam liberorum, et privatur jure educandi liberos; ac quomodo, 540. Amittit etiam privilegia honoris a priore conjugio habita, *ib.* De aliis poenis secundo nubentium remissive, *ib.* Poenae in odium secundarum nuptiarum principaliter statuta sunt sublata, *ib.* Statuta vero in favorem liberorum etiamnum vigent, 541. Legatum sub conditione, si non amplius nubas, valet, *ib.*

SEDUCENS puellam, eamque carnaliter cognoscens, ad quid teneatur. Vide *Defloratio*.

SEMEL *malus, semper praesumitur esse malus, et quomodo, III, 154.*

SEMEN mulieris non requiritur, sed sufficit ad matrimonium si mulier semen viri recipere possit, etsi retinere non valeat, V, 475.

SEMINARIUM habet jus ad subsidium, et quale, V, 145. Seminarium in quavis diocesi erigi debet: et quomodo, VI, 223.

SEMINATIO viri vel mulieris qualis requiratur et sufficiat ad contrahendam affinitatem, V, 468.

SENATUS-consultum, quid, I, 39. Senatus-consulti Vellejani privilegium transit ad haereditatem mulieris, VII, 34.

SENEX quis censeatur, II, 286. Senex in quavis aetate nubere possunt, V, 475. Nisi ita exhausti essent, ut copulam perfectam habere amplius non possint, 476.

SENSUS conjunctivus, seu copulativus et disjunctivus quid operetur, VII, 113.

SENTENTIA condemnatoria, et declaratoria iudicis, notabiliter differunt; et quomodo, I, 152. Sententia gemina conformis inducit consuetudinem, 298. Sententiae venales sunt ipso jure nullae, II, 28. Sententia lata in petitorio, an pariat

exceptionem rei iudicatae in possessorio, 377. Sententia lata in possessorio, absorbetur per sententiam illico pro parte adversa latam in petitorio quoad effectum principalem, non quoad effectus secundarios, 382. Sententia in possessorio operatur multum quoad receptionem fructuum, quos spoliator interim perceperat, *ib.* Sententia lata super possessorio momentaneo non superfluit, sed prodest ad plures effectus; et quales, 382. Tamen sententia lata super petitorio praevalet in executione; et cur, *ib.* Sententia lata super possessorio et petitorio simul, quomodo dicatur una, *ib.* Sententia interlocutoria videtur esse terminus peremptorius citationis, 426. Sententia interlocutoria transit in rem iudicatam quoad partes, non quoad iudicem, *ib.* Confessio iudicialis in causis civilibus habet vim sententiae, ac rei iudicatae, 478. Secus in criminalibus, et cur, *ib.* Sententia diffinitiva contra confessum in iudicio, an ferri debeat, 479. In causis criminalibus haec omnino requiritur, *ib.* Et quid in causis civilibus, *ib.* Sententias contrarias si duo arbitri, vel duo iudices delegati deserunt, quid juris, 518. Sententia lata per dicta testium de credulitate, nunquam transit in rem iudicatam, III, 35. Contra sententiam admittitur probatio per confessionem partis, 146. Sententia ex praesumptione juris potest ferri, nisi haec contraria probatione elidatur, 147. Et quid dicendum de praesumptione hominis, *ib.* Utrum etiam in causis criminalibus possit ex praesumptionibus ferri sententia, 148. Sententia lata retractari non potest propter instrumenta de novo reperta: et quando secus, 183. Sententia lata per probationes privilegiatas, nunquam transit in rem iudicatam, *ib.*

Sententia, et res iudicata, sunt valde affinia, 264. Datur tamen inter eas aliqua differentia, 265. Sententia potest sumi dupliciter; et in quo sensu dicatur transire in rem iudicatam, *ib.* Sententia ante lapsum decennii dicitur res iudicata large solum, et improprie; postea vero proprie, ac irrevocabiliter, *ib.* Sententia dicitur, a *sentiendo*; sicque plura significat, *ib.* Sententia dividitur in diffinitivam, et interlocutoriam, *ib.* Interlocutoria tamen non est proprie sententia; et cur, *ib.* Sententia diffinitiva, quid, 266. Sententia arbitri, non est proprie sententia, *ib.* Sententia diffinitiva differt a sententia absolutoria ab observatione iudicii; et quomodo, *ib.* Sententia interlocutoria, quae, *ib.* Quilibet iussus iudicis faciens ad causam, an sit sententia interlocutoria, dicitur ab *inter* et *loqui*, *ib.* Quod a iudice praecipitur ante principium, vel post finem causae, dicitur sententia quasi interlocutoria, *ib.* Istud est notandum propter statuta loquentia de sententiis interlocutoris, 267. In statutis verba debent proprie et stricte intelligi, *ib.* Sententia interlocutoria dividitur in mere interlocutoriam, et in eam, quae habet vim diffinitivae, *ib.* Sententia interlocutoria habens vim diffinitivae,

quae, *ib.* Appellatur etiam mixta, seu quasi media, *ib.*

Sententia diffinitiva, in quibus differat a mere interlocutoria, 268. Earum differentiae sunt plures, commode tamen reducuntur ad tres principales, *ib.* Differunt enim respectu rei controversae; et quomodo, 269. Differunt quoad ordinem iudicium multipliciter; idque declaratur inductione, *ib.* Differunt varie quoad effectus, *ib.* Condemnatus de crimine per sententiam diffinitivam, efficitur infamis: secus de interlocutoria, *ib.* Sententia diffinitiva semel valide prolata a iudice revocari nequit: bene tamen interlocutoria, 270. Et quae ratio disparitatis, *ib.* Iudex, postquam semel dixit sententiam diffinitivam, iudex esse desinit, *ib.* Iudex ordinarius nequit revocare sententiam diffinitivam, quae existit valida, licet forsitan sit iniqua: potest tamen revocare sententiam suam, quae ipso jure est invalida, *ib.* Idem dicendum de delegato ad universitatem causarum, *ib.* Sed delegatus ad causam particularem, nequit revocare sententiam diffinitivam, etiam invalidam: et quae ratio disparitatis, *ib.* A sententia diffinitiva potest regulariter appellari, non ab interlocutoria, *ib.* Sententia quando a iudice proferenda sit, 271. Ea est ferenda infra tempus a jure praescriptum, et quale illud sit, *ib.* Post lapsum biennii, vel triennii an pareat instantia, *ib.* Iudex tenetur causas matura deliberatione examinare, et sententiam non praecipitanter ferre, *ib.* Sententia lata a iudice ignaro de meritis causae, est ipso jure nulla, *ib.* Ad sententiam diffinitivam debent praecedere termini substantiales, *ib.* Atque admitti probationes necessariae, *ib.* Sententia non est ferenda, quando causa adhuc est dubia, licet tempus datum ad sententiandum jam sit in fine: et quid tunc agendum, *ib.* Iudicem oportet usque ad sententiam cuncta rimari, 272. Et iurgantium controversias celeri sententia terminare, *ib.* Ad diffinitivam sententiam tunc demum est deveniendum, quando ab utraque parte conclusum est in causa, *ib.* Intellegendo istud in iudicio ordinario: secus in summario, *ib.* Sententia iudicialis debet esse juri conformis; alioquin ipso jure foret nulla; idque exemplificatur, *ib.* Sententia dicitur nulla novem modis; et quibus, 276. Valet sententia, quae praeter errorem juris continet aliam rationem, qua justificari potest, *ib.* Sententia contra jus obscurum, sive dubium, non est ipso jure invalida, *ib.* Regula illa, quod sententia debeat esse juri conformis, etc., intelligitur de jure constitutionis, non de jure litigatoris, *ib.* Sententia lata contra jus constitutionis, et sententia lata contra jus litigatoris, quae, *ib.*

Sententia debet esse conformis libello, 277. Iudex appellatur *Stultus*, qui ultra petita in libello iudicat, *ib.* Sententia debet esse conformis libello in tribus; et quibus, *ib.* Regula haec patitur plures fallentias, *ib.* Fallit enim in Papa, imperatore, aliisque supremis principibus, etc., *ib.*

Fallit etiam in causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, 278. Fallit insuper propter magnam conformitatem, seu connexionem, quam res petita in libello habet cum alia re; idque exemplificatur, *ib.* Regula illa procedit solum in causis civilibus, secus in criminalibus, *ib.* Fallit quoque, si partes consentiant, *ib.* Atque in causa matrimonii carnalis, vel spiritualis, et in aliis casibus concernentibus periculum animae, *ib.* Sententia iudicialis debet esse certa, *ib.* Adeo, ut sententia incerta, sit ipso jure nulla, 279. Etiamsi petitio libelli fuisset de quantitate incerta, *ib.* Regula haec procedit in iudiciis particularibus: secus in universalibus, *ib.* Fallit etiam in illis casibus, in quibus iudex nequit ferre certam sententiam; puta in alternativis vel quando dubium est, an res petita adhuc existat, *ib.* Sententia super expensis litis, potest esse incerta, et quomodo, 300. Sententia iudicialis, an possit ferri sub conditione, vel sic lata teneat, 279. Non valet, si proferatur sub conditione extrinseca, 280. An valeat sententia lata sub conditione intrinseca, *ib.* Quid dicendum de praxi tribunalium, absolutivum reum sub conditione: *Nisi actor melius suam intentionem probaverit*, *ib.* Consuetudo ferendi sententiam sub tali conditione, videtur rationalis, *ib.* Sententia diffinitiva debet continere absolutionem, vel condemnationem, *ib.* Non tamen causam ipsius, regulariter loquendo, 281. Imo fatuum est in sententia exprimere causam ejus: et cur, *ib.* In certis tamen casibus debet in sententia exprimi causa ipsius: ut in causa appellationis, *ib.* Et in sententia excommunicationis, *ib.* Et in aliis quatuor casibus; et quibus, *ib.* In memoratis casibus debet causa in sententia exprimi duntaxat propter certos effectus, 282. Idem potest contingere in nonnullis aliis casibus, *ib.*

Sententia quo tempore dicatur transire in rem iudicatam, *ib.* Praecipuus sententiae diffinitivae effectus est, ut regulariter post decennium, si ab ea non appellatur, transeat in rem iudicatam, et cur, *ib.* Sententia transiens in rem iudicatam, habet pro se praesumptionem juris et de jure, 283. Estque tantae auctoritatis, ut de ente faciat non ens, et de falso verum, et de albo nigrum, 282. Sententia non solum diffinitiva, verum etiam interlocutoria, post decennium transit in rem iudicatam, 283. Transit etiam sententia in rem iudicatam, quando appellatio fuit deserta, *ib.* Dantur plures casus, in quibus sententia post decennium non transit in rem iudicatam, *ib.* Sic sententia lata contra jus constitutionis non transit in rem iudicatam, *ib.* Sententia a non suo iudice lata, vel pretio empti, aut lata ex probationibus a jure reprobati, non transit in rem iudicatam, 284. Sententia lata in causis matrimonialibus non transit in rem iudicatam: et quando, *ib.* Quid dicendum de sententia lata contra valorem, vel pro valore sponsalium, 285. Sententia non transit in rem iudicatam in causa

beneficiali; et quomodo, *ib.* Nulla sententia transit in rem judicatam, cujus observantia nutrit peccatum per partes non remissibile, *ib.* In causis criminalibus, an, et in quo sensu sententia non transeat in rem judicatam, 286. Sententia, quam victor fatetur iniquam, debet retractari, neque censetur transire in rem judicatam, *ib.* Neque transit in rem judicatam sententia, quando per evidentiam facti constat de ejus iniquitate, *ib.* Idem dicendum de sententia lata ex errore, vel causa falsa, aut non concludente, quando hæc in sententia fuit expressa, *ib.* Item de sententia lata ex falsis instrumentis, vel testimonis testium corruptorum, dum probatur, judicem in sententia ferenda eisdem usum fuisse, 287. Istud ampliatur ad sententiam latam prætextu juramenti necessari, falsi tamen postea reperti, *ib.* Et ad sententiam latam ex probationibus privilegiatis, aut præsumptivis, etc., *ib.* Et ad sententias latas ex consilio doctorum, aut judicio peritorum in arte sua, etc., *ib.* Sententia, quæ non transit in rem judicatam, qualiter sit revocanda, *ib.* Ea post lapsum decem dierum non potest revocari per viam appellationis, sed solum per viam querelæ, *ib.* Et quomodo istud fiat, 288. Notabilis differentia inter appellationem, et inter querelam, in causis non transeuntibus in rem judicatam, *ib.*

Sententia inter aliquos lata, an et quando noceat, vel prosit aliis, 290. Regula est quod sententia inter aliquos lata aliis non præjudicet, idque exemplificatur, *ib.* Sententia inter aliquos lata, regulariter etiam non prodest aliis, *ib.* Regula hæc patitur plures limitationes, *ib.* Sic sententia inter aliquos lata nocet, sive prodest aliis quoad præsumptionem, si tangit jus absentium: licet non quoad plenum præjudicium, *ib.* Ampliatur istud ad duos notabiles casus, 291. Regula illa fallit in causis connexis; idque declaratur, *ib.* Fallit etiam in re individua, et pluribus communi; quod exemplificatur, *ib.* Item in re communi cum pupille, *ib.* In individuis potest quis consequi per socium, quod per se non potest, *ib.* Sententia a pluribus lata tenet, si plures iudices concurrant, 302. Ex tribus arbitrariis statuitur sententia duorum concordantium, *ib.* Et quid si duo iudices contraria pronuntiant, *ib.* Aut duo arbitri contrarias ferant sententias, *ib.* Sententia diffinitiva differt ab interlocutoria quoad modum appellandi ab ea, et quomodo, 305. Vide supra *Appellatio judicialis*. A sententia interlocutoria de facto non licet appellare, nisi habeat vim diffinitivæ, vel nisi gravamen per diffinitivam irreparabile asserat, *ib.* Gravamen per sententiam diffinitivam irreparabile, exemplificatur, *ib.* Sententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, regulariter secundum naturam diffinitivæ, 318. Sententiæ in causa appellationis executio, an spectet ad judicem ad quem, vel a quo, 341. Communior sententia tenet, eam spectare ad judicem ad quem, *ib.* Limitatur hoc, quando

judex a quo dedit apostolos refutatorios, et appellatio pronuntiatur frivola, *ib.* Et quid observetur in curia Romana, 342. Limitatur etiam, quando sententia transit in rem judicatam, ob non præsentatam superioris appellationem inter legitima tempora, *ib.* Et quando appellatio fuit deserta per lapsum fatalium ad ejus prosecutionem statutorum, *ib.* Sententia lata in possessorio, non admittit appellationem, 3:3. Et quid in possessorio magni præjudicii, 354. Ab eadem sententia, et super eodem articulo, non licet eidem ter appellare, 355. Secus super diversis articulis, etiam ejusdem causæ, *ib.* Et quid si modo una modo altera pars succumbat, et appellet, *ib.* Sententia in processu criminali antequam feratur, quid observari, et fieri oporteat, VI, 406. Citatio rei ad audiendam sententiam est de substantia processus, *ib.* Potest fieri oretenus, si reus et actor sunt præsentés; alias fit in præsentia testium, *ib.* Forma hujus citationis, 107. Dum fertur sententia, non est necessaria præsentia rei, vel actoris, nisi alias jam essent in loco, *ib.* Recensentur plura alia requisita circa ferendam sententiam, *ib.* Forma sententiæ diffinitivæ, 103. Si iudex delegatus fert sententiam, debet esse præsens, et alios præcedere, 109. Sententia in processu criminali lata executioni dari non potest; nisi post decem dies, ut videatur, an et qualiter reus appellet, 109. Sententia poenam criminalem imponens, an, a quo, et quando possit minui, 112. Sententia nulliter lata, nullo temporis tractu transit in rem judicatam, nec neglectis fatalibus appellationis, VII, 52.

Sententiæ nullitas, atque inde consurgens exceptio illius, potest oriri multipliciter, III, 211. Exceptio nullitatis sententiæ potest opponi post sententiam, *ib.* Exceptio nullitatis sententiæ regulariter non impedit executionem ipsius, 212. Vide supra *Exceptiones peremptoriae*. Sententia in summarissimo iudicio lata, est solum interlocutoria, non diffinitiva, 220. Nec affert perpetuam, sed modicum duntaxat præjudicium, *ib.* Secus dicendum de sententia lata in possessorio ordinario, *ib.* Sententiæ diffinitivæ requisita, quæ, 273. Et quo loco, et modo, ea sit proferenda, *ib.* Ad eam requiritur cum primis citatio partium, 274. Item, ut sit redacta in scripturam, atque a iudice ex scriptis proferatur; et cur, *ib.* Episcopi tamen, et personæ illustres, possunt sententiam per alium recitare, *ib.* Sententia diffinitiva debet proferri a iudice sedente, *ib.* Et quidem sedente pro tribunali, *ib.* Estque ferenda de die et quidem non feriato, *ib.* Quid si feratur de nocte, *ib.* Solemnitates hujusmodi adeo requiruntur, ut ipsis non observatis sententia diffinitiva regulariter ipso jure sit nulla, 275. Secus dicendum de sententia interlocutoria, *ib.* Et de sententia lata in iudicio summario, *ib.* Atque in aliis certis casibus, in quibus fallit data regula, *ib.* Consuetudo locorum seu stylus singulorum tribunalium, in proposito attendi debet, *ib.*

Sententiæ diffinitivæ effectus alii, qui, *ib.* Sententia quæ transit in rem judicatam, facit jus inter partes, *ib.* Non vero respectu aliorum, 289. Per eam finiuntur lites, adeo ut non rescindatur prætextu instrumentorum de novo repertorum, *ib.* Per sententiam diffinitivam finitur potestas iudicis, *ib.* Eaque juste lata, debet a superiore confirmari, *ib.* Sententia lata pro actore, præbet ipsi actionem in factum, etc., *ib.* Reo per sententiam diffinitivæ absoluto datur exceptio rei iudicatæ, etc., *ib.* Secus si tantum absolvatur ab observatione iudicii, *ib.* Sententia diffinitiva in actione injuriarum habet alium effectum; nempe, quod condemnatus de crimine, notetur infamia, nisi injuria foret minima, *ib.* Sententiæ executio, quo tempore, ac ordine sit faciendâ, 292. In actionibus, seu causis civilibus, sententia lata non illico est executioni mandanda, sed expectandum saltem per decem dies, 292. Et quid in criminalibus, *ib.* Si dixerit reus, se velle parere sententiæ, statim ista in actione reali est executioni mandanda, *ib.* In actione personali regulari conceditur quadrimestre ad solvendum, *ib.* Statim solvere debens, non tenetur illico cum sacco adire, *ib.* Quadrimestre illud ex causa justa potest arctari, vel prolongari; non tamen sine causa, 293. Executio sententiæ in debitis personalibus, quo ordine in bonis fieri debeat, *ib.* Ipsa plerumque spectat ad judicem, qui sententiam tulit, dummodo is sit iudex ordinarius, *ib.* Quid, si bona rei condemnati sint in aliquo territorio, *ib.* Post sententiam latam expirat officium iudicis; et quomodo, *ib.* Sententiam suam an possit exequi iudex delegatus, *ib.* Executionem sententiæ inter alios lata potest impedire tertius interveniens pro suo interesse, atque appellans, 294. Dummodo probet de suo jure, *ib.* A sententia inter alios lata appellari non potest, nisi ex justa causa: idque exemplificatur, *ib.* Sententiam interlocutoriam habere vim diffinitivæ, unde cognosci possit, 267. Talis est ea, postquam non speratur alia ferenda sententia in eadem instantia, *ib.* Item, per quam diffinitur unus articulus causæ principalis, *ib.* Aut per quam expirat officium iudicis, 268. Vel, qua quis pronuntiat, se esse iudicem competentem, *ib.* Sive per quam admittitur, vel rejicitur exceptio peremptoria, *ib.* Et quæ continet aliquid dari, vel fieri a parte, *ib.* Sententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, an debeat regulari secundum naturam diffinitivæ, *ib.* Sententiam diffinitivam latam iudex mutare aut revocare non potest, VII, 58.

SEPARATA. In separatis ex uno ad aliud non inferitur, II, 233.

SEPELIENTES indignum, quæ poenas incurrant, IV, 576.

SEPULTI a schismaticis, non sunt exhumandi, I, 493.

SEPULCRUM altaris, quid, V, 164. Sepulchri violatio quid, et quæ poena illius, VI, 419.

SEPULTURA quid sit, et ubi fieri debeat,

quando non eligitur, IV, 568. Sepultura varie accipitur, *ib.* Definitur, *ib.* Locus sepulturæ ordinariæ est cœmeterium, *ib.* Quod ab ecclesiis remotum esse debet, *ib.* In ecclesiis olim nemo poterat sepeliri, *ib.* Dissuadetur abusus hodiernus, 569. Si nulla eligitur sepultura, quis sepelitur in sepulchro majorum, *ib.* Quid juris, si majores in diversis jacent sepulchris, *ib.* Qui non habet sepulturam majorum, sepelitur in sua parochia, 570. Sepultura clericorum sæcularium et religiosorum, *ib.* Clerici beneficium non habentes ibi sepeliuntur, ubi laici, *ib.* Beneficiati vero, ubi beneficium habent, etsi alibi domicilium habeant, *ib.* Religiosi sepeliuntur in suo monasterio, si ibi vel extra in loco tamen propinquo moriuntur, si in remoto loco, 572. Vel sepultura electa sepeliuntur, *ib.* Si e loco propinquo deferuntur ad monasterium, nihil debetur parochia loci, *ib.* Novitii sepeliuntur in monasterio, *ib.* Religiosorum domestici, servitiales in eorum ecclesia, vel cœmeterio sepeliuntur, *ib.* Sepultura uxoris viduæ, hæc sepelitur in sepulchro viri, etsi post mortem mariti in aliam parochiam secedat, *ib.* Uxor legata ubi sepeliatur, 573. Idem quod de uxore, etiam reciproce de marito dicendum est ratione sepulturæ, *ib.* Sepultura peregrinorum transeuntium est propria parochia, si illuc commode portari valent: secus parochia loci, ubi decedunt, *ib.* Peregrini et advenæ diu alicubi habitantes sepeliuntur in loco, ubi moriuntur, 374. Sepultura quibus concedi, et negari debeat, 585. Omnes fideles baptizati, etiam damnati ad mortem (exceptis suspensis, et rotæ affixis) in loco sacro sepeliri debent, *ib.* Sepultura privantur omnes in notorio peccato mortali decedentes, 588. Si excommunicatus denuntiatus, aut infidelis sepelitur in loco sacro, polluitur ecclesia, debetque corpus iterum exhumari, 589. An etiam reliqui indigni exhumari debeant, et per eorum sepulturam polluat ecclesia, *ib.* Poenæ sepelientis indignum, *ib.* In communem sepulturam extraneus non potest sepeliri nisi omnium consensu, VII, 132. Sepulturæ in loco sacro causam, solus iudex ecclesiasticus cognoscit, II, 177. Sepulturæ jus, quibus loci, et quomodo competat ad hoc, ut defunctorum cadavera ibidem sepeliri possint, ac debeant, *ib.* Competit ecclesiæ parochiali, *ib.* Et minoribus, et prædicantibus ex privilegio, *ib.* Invis regularibus apud eosdem nemo sepeliri potest, 575. Ad eligendam alicubi sepulturam nemo potest induci, *ib.* Pacta inter superiores locales et clericos sæculares circa sepulturam, casu quo quis eam apud sæculares eligit, *ib.* Sepulturæ electionem facere quis potest, 577. In quovis loco religioso, etiam in privata capella, *ib.* Impuberes tamen prohibentur sibi eligere sepulturam, *ib.* Religiosi subditi quoque non possunt sibi eligere sepulturam: bene tamen prælati supremi, *ib.* Ac novitii, item professi in remotis decedentes, 578. Quid juris, et quæ observanda, casu quo

quis eligit sepulturam apud regulares, 373. Ibi sepeliri quis debet, ubi sepulturam elegit, 369. Sepulture pro loco, et actu an aliquid exigi possit, vel debeatur, 383. Pro terra sepulturæ deputanda nondum benedicta aliquid exigi vel accipi potest, *ib.* Non vero pro terra jam benedicta, *ib.* Nisi adsit consuetudo, vel liberaliter quid offeratur, *ib.* Ratione situs, et honoratoris loci aliquid peti potest, *ib.* Parochus neminem cogere potest ad dandum aliquid pro officio sepulturæ, exequiis, etc., 384. Bene tamen liberaliter datum recipere: et ubi dandi consuetudo est episcopum convenire, ut ad dandum compellat, 384. Abusus parochorum in petendo aliquid pro sepultura et exequiis, 385. Sepulturam eligere, et ad hanc eligendam inducere parochianos, an liceat, II, 59.

SEQUESTER, quis, II, 460. An officium suum deponere valeat, *ib.* Utrum in sequestrum transeat possessio rei sequestratæ, 465. Sequestrare sive sequestratio quid, IV, 124.

SEQUESTRARE fructus rei petita ob contumaciam rei, potest quandoque iudex, II, 437. Sed non nisi concurrentibus certis circumstantiis, *ib.*

SEQUESTRATIO, quid, II, 460. Et qualiter differat a depositione, *ib.* Datur tum de re mobili, tum de immobili, *ib.* Sequestratio est duplex, voluntaria videlicet, et necessaria; et quid, *ib.* Sequestratio prior, qualiter censeatur voluntaria, *ib.* Dicitur etiam conventionalis, *ib.* Sequestratio necessaria, quod modis fiat, *ib.* Fit vel officio iudicis, vel ad instantiam partis, *ib.* Sequestratio de re non litigiosa, ex duplici causa fieri solet, et quali, 461. Et quibus modis sequestratio fiat de re litigiosa, *ib.* An, et in quibus casibus permittatur fieri, *ib.* Sequestratio voluntaria est permessa, *ib.* Necessaria regulariter est prohibita; et cur, *ib.* In pluribus tamen casibus etiam sequestratio necessaria est permessa, 462. Nempe, quando reus dissipat fructus, quos conservare debet, *ib.* Quando petitur res mobilis, et persona est suspecta, ne fugiat eum ea, *ib.* Item, si timetur de dilapidatione, *ib.* Item in re dotali, et accedente justa causa, *ib.* Et quando appellatur ab execute sententiæ diffinitivæ modum excedente, 463. Etsi quis de possessione servitutis proclamatur in libertatem, *ib.* Etsi colonus neget locationem, *ib.* Item fit sequestratio, si pendente lite super valore matrimonii, ex parte mulieris timeatur de sævitia viri, *ib.* Vel si timetur, ne sponsæ, de cuius matrimonio agitur, violentia inferatur, aut ipsa corrumpatur, *ib.* Vel si servi conquerantur de tyrannide dominorum suorum, aut religiosi de suis prelatiis, *ib.* Et quando aliquid dicitur ablatum illi, qui est de familia iudicis, *ib.* Et quandoque sequestratio fructuum rei petita ob contumaciam rei, 464. Fit etiam sequestratio beneficii, et fructuum ejus, quando contra ejus possessorem apud Sedem apostolicam fuit promulgata una sententiæ diffinitiva,

etc., 464. Fitque sequestratio ob timorem scandalii, *ib.* Et ne perdat occasio vendendi rem litigiosam, quæ servari nequit, *ib.* Sequestrationem ut iudex facere possit, quæ requirantur, *ib.* Ad eam faciendam, ut iudex ex officio nobili procedat, requiritur publica causa, *ib.* Ut ex officio mercenario, potissimum requiruntur quatuor; et quæ, *ib.* Remedium juris evitandi sequestrationem in casibus memoratis, regulariter est cautio sufficiens de restituenda re litigiosa, 465. In sequestratione an possessio rei sequestratæ transeat in sequestrum, *ib.*

SERMO serius de æquitate canonica item præstat, ac juramentum, II, 477.

SERVIRE episcopo quomodo excuset a residentia, III, 449.

SERVITUTIS nomen dupliciter accipitur, pro subiectione nimirum et pro jure, III, 240. Servitus ut sic, quid, *ib.* Dividitur in personalem, realem et mixtam, *ib.* Servitus personalis, et realis, quid, 241. Servitus realis alia est rustica, alia urbana, *ib.* Servitus realis urbana duplex est, affirmativa et negativa, *ib.* Servitutes urbanæ affirmativæ, quæ, 242. Servitutes urbanæ negativæ, quæ, *ib.* Servitus realis rustica etiam duplex est, nominata et innominata, *ib.* Nominata est quadruplex, nempe iter, actus, via, et aquæductus; quid, *ib.* Servitus rustica innominata, quæ, et qualis, *ib.* Servitus realis alia continua, alia quasi continua, et alia discontinua; quæ, 240. Servitus mixta est triplex, videlicet usufructus, usus, et habitatio; et quid, *ib.* Servitutes sunt juri naturali contrariæ, quomodo, I, 6. Servitutum jura quanto tempore præscribantur, aut mediante alterius præscriptione amittantur, III, 253. Servitus mere personalis nullo tempore præscribitur, bene tamen libertas hominis, *ib.* Servitus mixta, 254. Et servitus realis, quo tempore præscribatur cum titulo, *ib.* Et quo tempore præscribatur sine titulo. Servitus realis continua, vel quasi continua, *ib.* Et quo discontinua, *ib.* Servitutes mixtæ, sicut et servitutes reales tum rusticæ, tum urbanæ, quomodo, et quo tempore amittantur, *ib.* Ad constituendam in prædio vicini servitutem non sufficit taciturnitas ejus, nisi accesserit præscriptio, II, 359. In præscriptione contra servitutes, actiones, etc., requiritur aliqua possessio; et qualis, III, 258. Servitutibus, aliisque obligationibus, an præscribi valeat non obstante mala fide, seu scientia juris alieni, 243. Servitutes rusticæ amittuntur per solum non usum, 244. Etsi secus sit in servitutibus urbanis, juxta notabilem differentiam inter ipsas, 243. Servitutibus urbanis negativis præscribi nequit, nisi per factum contrarium, 244.

SERVUS meliorem conditionem domini facere potest, non deteriore, I, 471. Servi an rescriptum impetrare valeant, 221. Servi in jure, qui dicuntur, 302. Servorum triplex est genus, *ib.* Servi proprie dicti, seu mancipia, *ib.* Servi adscriptitii, et servi originarii, qui, *ib.* Famuli pro

annua mercede servientes, in sensu juris non sunt servi, *ib.* Servus quis efficitur tribus potissimum modis, *ib.* Videlicet natiuitate; et quid ad hoc requiratur, *ib.* Captivitate, 303. Et venditione, *ib.* Cur capti in bello dicebantur servi, seu mancipia, *ib.* De facto capti in bello inter christianos gesto, non amplius efficiuntur servi: et cur, *ib.* Bene tamen capti in bello contra infideles, v. g. Turcas gesto, *ib.* Christiani in servitutem Turcicam adducti, a nobis reputantur liberi, *ib.* Quibus aliis modis quis efficitur servus, *ib.* Servi proprie dicti, ac etiam servi adscriptitii, et originarii, prohibentur ordinari absque consensu dominorum, *ib.* Ordinarie requiritur expressa domini licentia in scriptis obtenta, ut servus ordinetur, 304. Quamvis etiam tacitus domini consensus sufficere possit, *ib.* Et tunc servus eo ipso acquirit libertatem, *ib.* Servus ad ordines minores invito domino promotus, debet huic ipsum repetenti restitui, *ib.* Quid juris, si servus invito domino initiatus fuerit sacris ordinibus, *ib.* Vel etiam ad sacerdotium promotus, 305. Servus tacente domino ordinatus fit liber, VII, 102. Invito domino ordinatus restitui debet, 121. Servi, seu mancipia, prohibentur simpliciter esse testes in iudicio, II, 558. Nisi in defectum aliarum probationum, ac in exceptis criminibus, 559. Servi tamen adscriptitii, et originarii, sunt homines liberi, nec excluduntur a ferendo testimonio, *ib.* Valet testamentum, ad quod servus adhibitus fuit, quando tunc communi opinione reputabatur liber, 556. Servorum matrimonium. Vide *Conditionis impedimentum*, vel, V, 449.

SEU dictio facit sensum declarativum, V, 153. Seu quando sumatur pro dictione copulativa, VII, 160.

SIGILLUM, quid, III, 92. Dividitur in authenticum, et non authenticum, *ib.* Quatuor detrahunt fidei sigilli; et quæ, *ib.* Sigilli falsitas arguitur ex eo, quia non congruit in sculpturis dignitati sigillantis, *ib.* Sigillo alieno an, et qua ratione quis uti possit, *ib.* Sigillum solitum magistratus et ad talia negotia destinatum, debet adhiberi: alioquin redditur suspectum, *ib.* Sigillum est suspectum, quando ejus litteræ non sunt legibiles, *ib.* Aut patitur enormem fracturam, vel per glutinum novæ certæ sigillum est quartæ connexum, arbitrio iudicis, *ib.* Sigillum publicum, quid, 93. Sæpius confunditur cum sigillo autentico, *ib.* Sigillum privatum, quid, *ib.* Ratione finis multiplex est divisio sigilli, *ib.* Sigillum in jure etiam vocatur annuus, 94. Sigillum, an et quale vim probandi habeat, 93. Sigillum de se nihil probat, nisi concurrant aliæ conditiones, *ib.* Harum potissimum sunt tres, *ib.* Nempe, ut litteris exprimat, iustus sit, *ib.* Unde sigillans cum re non habente characteres, v. g. cum corrigia, nihil agit, 94. Ut sigillum probet, debet apparere, a quo fuerit appositum, *ib.* Et qua de

causa appositum sit, *ib.* An etiam requiratur subscriptio apponentis, *ib.* Instrumenta, quæ habent sigillum, plene probant, *ib.* Differentia inter sigillum authenticum, publicum, et privatum, *ib.* Sigillum an probet, etiam si nulla intervenierit subscriptio sigillantis, 95. In testamentis, aliisque casibus magni præjudicii, requiritur subscriptio, nec sufficit sola appositio sigilli, *ib.* Secus dicendum de negotiis modici præjudicii, *ib.* Ad evitandas disputationes optimum est, etiam addere subscriptionem, *ib.* Cur magis credatur sigillo, quam dicto unius testis, 96. An absque appposito sigillo aliquando probet instrumentum, *ib.* Absque sigillo non probant testamenta, privilegia, et hujusmodi, *ib.* Extra hosce casus regulariter sigillum in instrumentis ad substantiam actus non adhibetur; sed ad faciliorem ejus probationem, *ib.*, 98. Sigillans scripturam, videtur fateri omnia contenta in ea, *ib.* Scriptura etiam privata, plene probat contra sigillantem, *ib.* Consuetudo provinciarum multum operatur quoad hoc, 97. Per appositionem sigilli autentici majoris magistratus, etc., authenticatur scriptura, quæ originaliter est privata, 104. Et quid, si ea fuit sigillata a publico notario, *ib.* Per sigillum appensum potest probari, apocham, v. g. manus cuiuspiam fuisse scriptam, vel subscriptam, 106. Dummodo dolus in appositione sigilli non videatur intervenisse, *ib.* Sigillum altaris quid, V, 164. Sigillum confessionis quid, et quinam ad illud teneantur, VI, 565. Sigillum confessionis violantium pœnæ, *ib.* Antiquæ quænam, *ib.* Hodie est depositio, et carcer perpetuus, *ib.* Ad quam incurramdam requiritur, ut violans sigillum sit sacerdos, 566. Verum aliquod peccatum, mortale saltem in genere, vel veniale in specie, revelans, *ib.* Idque præsumptuose, seu graviter peccaminose, *ib.* Alicui alteri, quam poenitenti, *ib.*

Sigilli violatio a quo, et quomodo processari debeat, VI, 566. In hoc casu solus ecclesiasticus, et quidem ordinarius violantis sigillum iudex est, *ib.* Solvitur obiectio desumpta ab exemplis contrariis, *ib.* Ad termandum processum contra violatorem sigilli non requiritur licentia poenitentis, 567. Si violator sigilli fatetur se reum, punitur pœna ordinaria, *ib.* Si dicat, se peccatum ex notitia aliunde hausta manifestasse, probare debet, unde illam notitiam habeat, *ib.* Si dicat, se cum licentia poenitentis revelasse, debet probare licentiam sibi datam, casu quo poenitens est delator, *ib.* Secus est, si alius est delator, *ib.* Etiam si poenitens sit accusator, creditur confessorio, si cæteroquin est vir integræ famæ, et vitæ, *ib.* Si cæteris paribus dubium est, pariter creditur confessorio, *ib.* Ad probationem violati sigilli sufficiunt testes singulares, 568. Sigillo totius ordinis sancti Francisci solus generalis Franciscanorum uti potest, V, 12.

SIGNIFICATIO verborum, et regula pro illa. Vide *Verborum significatio*.